Mexicana Dimissionis

Sac. Congreg.ne rebus Consistorialibus praeposita, Supplicante R.P.D. Payo de Ribera Ord. S. Augustini Archiepo Mexicano, absolui se ab eius Eccl.ae uinculo, quando aetate, laboribusque confectus in ea, aliisque Indiarum Ecclesiis regendis imparem se agnoscit amplissimae illius Dioecesis in posterum admi- nistrandae, sibi dari ueniam repetendi aliquod Ordinis sui Coenobium, in quo solutus curis rerum humanarum possit in coelestium contemplatione mortem opperiri; re mature discussa, et considerato, quod Archiepus oblatam sibi ad Conchensem Ecclesiam in Hispania splendidam in primis, et opulentam constanter recusauit; Cumque Rex Catholicus Regiae Camerae reditibus ad tuendam Dignitatem liberaliter instruxit, censuit, recedendum in praesenti casu a Juris Canonici, et disciplinae Ecclesiasticae regulis, cum ea, quae spiritu Dei aguntur sub lege non sint; ac propterea si San.mo D.no N.ro uidebitur petitis annuendum. Et facta relatione San.mo Sua S.tas Sacrae Congreg.nis sententiam benigne probauit. Datum Romae die X.a Martij 1682.

Collationatum cum suo ori- ginali et concordat. Ita est

Laurentius Casonius Sac.rius

Fidem facio per praesentes Ego infrascriptus Card.lis Apostolicus Not.rius de p.s qualiter supradictus Ill.mus et R.mus D. Laurentius

Caponus Sacre Congreg.nis Consistorialis Secret.ius est talis qualem se facit scripturisque ab eo in eius munere gestis fidem indubiam in Iudicio et extra illud adhiberi, quique coram me personaliter constitutus manum litteras suamque subscriptionem proprio characthere factam unà cum sigillo sui officij in forma recognouit non solum sed omni &c. In quorum fidem &c. Actum Romae in Cancell.ria Ap.lica hac die 29. Julij 1684.

Ita est Innocentius Laurentij Cancell.ie Ap.licae Not. Depp.

Decreto S.R.C. en q. se admitio la Renuncia, al S.r D.n H. Pajo. de Bpo de Mex.co Año 1672.

Lº 19.